



 EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.
VII-
SIGNAT. 1810 CCXVII

444 444

EPITYMBION
IN FVNVS
NOBILISSIMI, VIRVTIBVS ET
DOCTRINA ORNATISSIMI
D N. PETRI
PREMIKEN,
WITTEBERGA-MARCHICI
PHILOSOPHIAE ET S. S. THEOL. CONSECRANEI
DIE XXII. DECEMBRIS
IN ALMA LEVCOREA
EX HAC VITA
PER PIAM PLACIDAMQVE MORTEM EVOCATI,
ET DIE XXVI. DECEMBRIS SOLENNITER TVMVLATI,
ANIMO LVBENTE QVIDEM SED MOESTO AC INQUIETO
EXARATVM
MEMORIAEQVE AMICIE CONVICTORIS
DICA TVM

AMICIS.

VITEMBERGAE,
LITERIS AVGUSTI KOBERSTEINI.

Olim carior patentes vivianae sapientie, nunc paucum tuncq; luteo
Olim uniusq; nunc Diverso
Olim quidam nunc egidiis

† † † † †



Omprime gressum,

VIATOR,

Qui forte hic transis,

Vaca his paucis & cogita,

Te vana cogitare,

Si aevum & secula cogites;

Cum, quicquid sol oriens, quicquid sol occidens noverit,

Vanum sit, & Pegaso gradu ad interitum festinet.

Vix orsus es vitam,

Vitam morte termines, necesse est:

Nasceris & moreris,

Nec, quam duos inter hos terminos concipis,

Vita est, sed via ad mortem.

Quippe

Nullus Tibi dies

Nulla hora

Nullum momentum fluit,

Quo non rapidis velis in urnam contendas,

TEMPVS NASCENDI, TEMPVS MORIENDI

Committit Salomonia fuaedla sacris literis, sed obliterat

TEMPVS VIVENDI,

Cum inter NASCI ET MORI

Nullum tempus intercicatur

Si mysticam significationem admittere juvat,

Idem Tibi commonstrat AMRAMIDES,

Qui nullo alio libro interjecto

GENESI illico subiungit EXODVM,

Vt per ipsum ordinem Librorum insinuetur,

GENERATIONEM excipere MORTEM.

Quin Psaltes defixis oculis suis

In hanc necessariam NASCENDI MORIENDIQVE copulationem

DOMINVS, inquir, CVSTODIAT INTROITVM ET EXITVM

Qui non & VITAM?

Scilicet univera uita in INTROITV ET EXITV consistit,

Qua de re accolae septemflui Nili

Fabricati sibi sunt ANGVSTA GVRGVSTIA

At AVGVSTA SEPVLCHRA,

Quoniam se includi autumarunt

Diu in sepulchris, brevi in domibus.

Vt alias alii plures, ita & jam

Hoc confirmat documento suo

Qui hic jacet expansus

Pereximus, Praefantissimus, Doctissimus

DN. Petrus PREMCKE

Olim cultor humanæ divinaeque Sophiæ, nunc omnium artium Professor,

Olim auditor, nunc Doctor,

Olim didicit, nunc edidicit,

Illud

Illud nemp̄, illud quod secessit mecum p̄fuit.

In quo continetur omnis ars & perfecta scientia
SI DESIDERAS GRAMMATICVM:

En percalluit, se HOMINEM AB HVMO DERIVARI
Et humanos eosque inumeros adhuc CASVS sibi fuisse fufferendos,

Nisi eos ultima DECLINATIONE evitasset

Et cum Angelis suum Laetari CONIVGASSET
SI RHETORICVM:

Vel elinguis Tibi perorat,

EXORDIVM suum fuisse NASCI,

CONCLVSIONEM MORI,

Et TROPVM non profuisse,

Cum ATROPOS vitas flamen abrumperet.

SI LOGICVM:

Et DIALECLICE & ANALYTICE tecum disputat
DIALECTICE: concludit mortalitatem

Vt sibi, sic aequi Tibi brevi imminentem

ANALYTICE: dat Tibi probatam

Corporis & animae ANALYTICAM

Omnibus ANALYSIBVS multo praeferendam.

SI MATHEMATICVM:

Sistit Tibi hominem veluti FIGVRAM SPHAERICAM

In qua, a quo incipit puncto, in eodem terminatur.

Quod punctum si & tu, ut ille, noveris

Omnibus parasangis MATHEMATICOS praecurres omnes.

SI ARITHMETICVM:

Equidem NVMERARE potuit dies suos,

Sed ADDERE quicquam non potuit;

Nunc autem maxime potest;

Vbi de aeterno numero

Neque SVBTRAHENDO quicquam, neque DIVIDENDO
MVLTIPLICAT illum

Et JVXTA AVERAM ILLAM REGVLAM DE- TRI
TRINVM IN VNO, et VNVM IN TRINO videt

SI GEOMETRAM:

Mensus est, quanta ad corpus suum tegendum sufficeret PERIPHERIA,
Cujus & tu MENSOR ERIS,

Cum ipse corpore tuo experimentum facies.

SI OPTICVM:

DEVM in coelis videt,

Quem tu in terris TVBIS OPTICIS non assequeris.

SI ASTROLOGVM:

Hominem esse QVASILVNAM MVTABILEM

Nec unquam permanere in eodem statu

Sed ad Eclipsin tendere,

Brevi vitae sua demonstrat cursu.

Si MVSICVM ET POETAM:

Occinit Tibi:

Hodie mihi, cras Tibi;

Tibi

Nunc Chori Symphoniaci coelestis membrum
Concinit SANCTVS, SANCTVS, SANCTVS DN. DEVS ZEBAOTH,
Quem laurea corona redimitus tempora
Festivo & innumeris numeris concinno carmine decantat.
Fortasse scire juvat, utrum sit PHYSICVS ET METHAPHYSICVS?
Exacte novit praecepta GENERATIONIS ET CORRUPTIONIS
Et jam sola SVPERNATVRALI DISCIPLINA delectatur
Longe felicior illo STAGIRITA.
Scitarris, utrum ETHICVS ET POLITICVS?
Non solum verba fudit DE VIRTUTE,
Sed cum IN MEDIO CONSISTAT VIRTUS,
IN MEDIO SEMPER VIVIT,
Usque dum IN MEDIO CIVIVM SVPREMAE ACADEMIAE
COELESTIBVS PRIVILEGIIS donatus
BEATVS CIVIS audiat.
Disquiris quam FACULTATVM Professionem sit meditatus?
Regerit Tibi: OMNIVM TRIVM
Tradidit se olim THEOLOGIAE,
Attamen IN VIA
Nec potuit summum apicem transcendere;
Nunc vero IN PATRIA.
Vito ipso Deo & haustâ è libro vitae THEOLOGIA
De DEO omnibus numeris absolutam instituit Theologiam.
CODICE Mortae perfecto, ejus legem firmo stare talo:
OMNES VNA MANET NOX, ET CALCANDA SEMEL VIA LETHI;
Te docet.
EMEDICINA propinat Tibi REMEDIVM
Arte Paonie multo praefantius:
MORS OMNIVM MALORVM REMEDIVM
Haec lecta, Viator, sensibus imis reponit
Eaque semper revole.
Sic omnibus eruditis evades eruditior
Et bono omni hunc sequeris.
Ante autem, quam hinc te auferas,
Da huic Tempe coelestium Incolae PLAVSV, MVS
Quod DEVS indulxit
LABORES appetenti, QUIETEM,
Molestiis immerso, tranquillitatem,
Pro sapientia humana, divinam
Pro Schola mundana, coelestem
Pro patria terrena, veram
Pro consortio hominum, Angelicum
Pro vita temporali, aeternam,
Pro folo, polum.



Bang VI 1

= [Occasionalia Vol. 2.
Funeralia K.-R.]

X285598A

VON
M 18



EPITYMBION

IN FVNVS
NOBILISSIMI, VIRTUTIBVS ET
DOCTRINA ORNATISSIMI

D N. P E T R I
PREMIKEN,

WITTEBERGA-MARCHICI
PHILOSOPHIAE ET S. S. THEOL. CONSECRANEI

DIE XXII. DECEMBRIS

IN ALMA LEVCOREA

EX HAC VITA

PER PIAM PLACIDAMQVE MORTEM EVOCATI,
ET DIE XXVI. DECEMBRIS SOLENNITER TVMVLATI,
ANIMO LVBENTE QVIDEM SED MOESTO AC INQUIETO
EXARATVM.

MEMORIAEQVE AMICET CONVICTORIS
DICA TVM

AB
A M I C I S.

VITEM BERGAE,
LITERIS AVGUSTI KOBERSTEINII.

